

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Sacra Paschalia Pie Celebranda Indicit Academia Ienensis
Praemittitur de continuatione identitatis in vita futura**

Officina Fickelscherriana Officina Fickelscherriana

Ienae, [MDCCLXXX?]

Widmung

urn:nbn:de:gbv:45:1-9667

DEI GRATIA
CAROLVS AVGVSTVS

DVX SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIVS
THVRINGIAE MARCHIO MISNIAE COMES PRIN-
CIPIS DIGNITATE HENNEBERGAE COMES MAR-
CAE ET RAVENSBERGAE DYNASTA RA-
VENSTEINII REL.

RECTOR ACADEMIAE IENENSIS
MAGNIFICENTISSIMVS

S. D.

C I V I B V S

§. I.



Est quaestio longe gravissimi momenti, quae unumquemque hominem propius tangit; quatenus praemia ac poenae in futuro statu proposita ad eosdem spiritus pertineant, qui in hac vita ad virtutem, vel ad scelus animum adplicaverunt. Si enim verendum esset, ne Deus ad percipienda praemia nobis promissa, vel ad perferendos dolores scelerato impendentes, alium spiritum substituatur, videte, quantum dignitatis virtuti, quantum sceleri horroris detrahitis. E contrario nihil est, quod fortius a peccatis revocet, studiumque Deo sese probandi magis accendat, quam consideratio, quod *nosmet ipsos* factorum nostrorum consequentiae, quaecumque tandem sint, certissime maneant. Et quum religio nostra fere tota in eo versetur, ut vitam futuram ex continuata hac in terris peracta ortam opperiri nos iubeat, haud abs re nobis visum est, in hoc argumentum accuratius inquirere. Quod ut commodissime absolvatur propositum nostrum, fundamenti loco *notionem generalem identitatis*, cui illa *metamorphoseos* necessa-